erūt cura cētrū: t̄ sic pars cura centrum mundi exce-

dit p̄tē ultra centrum mundi p̄ duas quartas vñrētētē:
t̄ medietas talis excessus ī vna q̄rtā ex quo totē ex-

cessus est duarū q̄rtarū: t̄ vna quarta p̄cise interci-

p̄t inter cētrū illius quadrati t̄ centrum mundi q̄vna
medietas medietatis cuī vna pars ei ultra cētrū

mundi t̄ reliq̄ ī citra centrum mundi igit pars interce-

pta inter cētrū mundi t̄ cētrū talis q̄dratē ī medi-
etas talis excessus Hac exēplari p̄batione p̄missa p̄

batur gñaliter suppōsitionē. Si pars intercepta iter
cētrū q̄dratū t̄ centrum mundi d. sit q̄dratū pars equis ipsi
d. ī medietate supiori talis q̄dratū hoc est magis re-

mota a cētro: t̄ sit residua pars talis medietatis su-

prioris b. q̄ pars b. (vt op̄z ī equis p̄tē ultra cētrū) (si
ei ab equib⁹ equis demas remanētētē sūt equis: eq̄les
ei sūt medietates illius globi t̄ ī d. t̄ c.) Lūc dico

q̄ d. ī medietas totius excessus quo pars cura cētrū
mundi excedit partem ultra centrum mundi.

Quod sic ostenditur: quia tota pars citra centrum
mundi excedit partem ultra centrum mundi per d. t̄ c.
adequate t̄ d. ī equale ipsi c. ex hypothētē ergo d.
est vna medietas illius totalis excessus compōsitionē ex

c. t̄ d. quo totali excessus pars cura centrum mundi ex-

cedit partem ultra cētrū mundi quod fuit p̄bands

Notandum est secundo, quod duplicitate potest intelligi aliquid moveri motu mixto ex pluribus motibus. Primo modo aequo primo, ita quod secundum se et quodlibet sui moveatur de per se quolibet illorum motum, et non aliquo illorum ad motum alterius, ut quando idem movetur simul motu locali et motu alteratio-nis. Secundo modo dicitur aliquid moveri motu mixto ex pluribus motibus non aequo primo, sed uno motu ex se et alio ad motum alterius sic, quod unus illorum motuum sit illi mobili proprius, et alter non, quemadmodum fit, quando homo movetur in navi mota. Et de tali motu mixti principaliter in praesenti notabili loqui intendimus. Potest addi tertius modus, qui est, cum una pars ascendit et alia descendit. ¶ Unde velocitas talis motus debet attendi penes spatium interceptum inter punctum fixum et quiescens et punctum sive terminum, in quo est tale mobile in fine motus, hoc est penes lineam descriptam a tali mobili inter illos duos terminos, ut si Socrates incipiat moveri simul cum nave mota versus orientem, velocitas motus Socratis debet commensurari penes lineam descriptam ab ipso Socrate a puncto fixo, a quo incepit Socrates moveri usque ad punctum fixum, in quo est Socrates in termino motus. Et hoc universaliter est verum, sive Socrates moveatur ad oppositum navis sive versus eandem differentiam, versus quam movetur navis sive nec ad oppositam differentiam nec [a]d eandem, sicut esset, si Socrates moveretur a septentrione in meridiem in navi mota ab oriente in occidente.

Ex quibus pulchre et ingeniose infert dominus cardinalis de Alliaco quatuor correlaria, quae sub eadem forma sequuntur, sub qua ea scriptis mandavit:

Primum est, quod possibile est ex duobus rectis motum circularem describere, id est, quod possibile est aliquid moveri dupli-ci motu recto describendo circulum vel partes circuli. Verbi gratia describatur unus circulu[s], deinde describatur linea contingens circulum in puncto aequalis diametro illius circuli et aequo distans ab illo diametro. Et in ista linea in puncto contactus sit musca A, et ultra ponatur, quod ista linea i[n]cipiat moveri uniformiter infra circulum quoisque cooperiet diametrum illius circuli, et mu-sca incipiat moveri uniformiter supra illam sic, quod dum linea illa cooperiet diametrum circuli, quod tunc musca sit in extremo puncto lineae. Tunc in isto casu musca describit quartam partem circuli, et tamen movetur solum duobus motibus rectis scilicet uno ex se et alio ad motum lineae. Et si ponatur, quod illa linea moveatur ultra diametrum, quoisque contingat circulum in puncto in alia parte circuli, et musca revertatur ad locum suum. Tunc cum musca pervenerit ad contactum, musca descripscerit medietatem circu-li. Et si ultra adhuc ponatur illam lineam ascendere, in fine habe-bitur, quod musca descripscerit circulum. ¶ Secundum correlarium, quod ex duobus motibus rectis potest fieri unus motus mixtus in eodem tempore describens costam alicuius quadrati et diametrum eiusdem. Verbi gratia describatur quadratum, et incipiat eius costa superior descendere quoisque cooperiet costam inferiorem, et ultra ponatur, quod musca A sit in uno termino illius costae et incipiat moveri uniformiter per illam costam sic, quod dum costa cooperiet aliam costam, quod tunc musca sit in alio termino costae. Tunc in isto casu musca A describit diametrum quadrati, et etiam costam eius in eodem tempore, quia movetur super illam costam motu proprio. ¶ Tertium correlarium: Possibile est idem mobile moveri motu simplici, cuius quaelibet pars movetur motu mixto. Verbi gratia si aliquod sphaericum descendat rotando per diametrum mundi ad centrum, tunc illud totum rotundum movetur motu simplici, tamen quaelibet pars participat de circuitione in suo motu, et sic quaelibet pars movetur motu mixto. ¶ Quartum corre-

larium: Possibile est ex duobus motibus regul[ar]ibus fieri unum irregulare. Verbi gratia moveatur navis uniformiter ab oriente in occidente, moveatur etiam Socrates uniformiter circulariter intra navem, et certum est, quod ex illis duobus motibus resultat unus irregularis, quia cum Socrates est in medietate navis, in qua movetur ad motum sive cum motu ipsius navis, tunc motus eius velocitatur, et dum est in alia medietate, tunc motus eius retardatur. Per motum autem regularem motum uniformem intelligas, per irregularem vero motum differentem et hoc quoad tempus. ¶ Multa his similia correlaria ex dictis facile poteris inferre.

Notandum est tertio: Tangendo materiam tertii argumenti, (cuius principalis inquisitio est, an terra, de qua fit mentio in casu eius, perpetuo sic moveretur, ita quod non posset relicta sua naturali dispositioni taliter moveri, quod centrum eius fiat centrum mundi), quod teste philosopho primo de caelo et mundo idem est naturalis locus totius et partis. Inquit enim ad quemcumque locum natum est aliquid natura moveri, ad eundem natum est moveri quodlibet congenerae consimilisque naturae. Quare si aliqua terra esset in aere remoto impedimento, ipsa descenderet, quod usque centrum eius efficeretur centrum mundi. Nec pars illius ter-rae resistit ipsi terrae, ne centrum eius fiat centrum mundi, quam idem est appetitus partis et totius, cuius est pars, ut satis naturaliter inducit calculator in capitulo de loco elementi. Unum tamen est, quod ex subtili Minerva et officina eiusdem calculatoris in hoc nobilis inferno intendo, videlicet quod perforata ipsa terra, ut ponitur in casu tertii argumenti, et descendente quadrato terreo, ut ibidem ponitur, si cum talis globus devenit ad centrum terrae, pars ultra centrum resisteret parti citra centrum, ne descenderet, perpetuo tale quadratum ibi moveretur ceteris impedimentis et adiumentis deductis. ¶ Ad quod demonstrandum inducam duas supositiones, quarum prior est:

Tali quadrato sic descendente unaque parte eius minore me-dietate illius quadrati existente ultra centrum mundi, residua vero parte totius quadrati existente citra centrum mundi pars intercepta inter centrum mundi et centrum talis quadrati est medietas excessus, quo pars citra centrum mundi excedit partem existentem ultra centrum mundi. Exemplum ut si una quarta talis quadrati fuerit ultra centrum mundi adaequata, tres erunt citra centrum, et sic pars citra centrum mundi adaequata, tres erunt citra centrum, et sic pars citra centrum mundi excedit partem ultra centrum mundi per duas quartas, ut constat, et medietas talis excessus est una quarta, ex quo totus excessus est duarum quartarum, et una quarta praecise intercipitur inter centrum illius quadrati et centrum mundi, quia una medietas medietatis, cuius una pars est ultra centrum mundi, et reliqua est citra centrum mundi, igitur pars intercepta inter centrum mundi et centrum talis quadrati est medietas talis excessus. Hac exemplari probatione praemissa probatur generaliter suppositio. Sit pars intercepta inter centrum quadrati et centrum mundi D, sitque C pars aequalis ipsi D in medietate superiori talis quadrati, hoc est magis remota a centro, et sit residua pars talis medietatis superioris B. Quae pars B – ut oportet – est aequalis parti ultra centrum, (si enim ab aequalibus aequalia demas, remanentia sunt aequalia, aequales enim sunt medietates illius globi et etiam D et C.) Tunc dico, quod D est medietas totius excessus, quo pars citra centrum mundi excedit partem ultra centrum mundi. Quod sic ostenditur, quia tota pars citra centrum mundi excedit partem ultra centrum mundi per D et C adaequata, et D est aequale ipsi C ex hypothesi, ergo D est una medietas illius totalis excessus compo-siti ex C et D, quo totali excessu pars citra centrum mundi excedit partem ultra centrum mundi. Quod fuit probandum.

167

De motu locali mixto & disformi tpe & subiecto quo ad effectū.

Patet ḥia cū minore & pbatur maior: qz tota ps
citra centrum mundi continet b. partem qualem
parti citra centrū mundi ex hypothesi: t insup cōti-
net d. et c. i.ḡ p. v. t c. pars citra centrū mundi exce-
dit partē ultra centrū mundi qd fuit pbāndū. Ptz
ḥia intelligenti quid sit vñs exceedere alterum per
aliquid: t sic patet suppositio.


Scđa suppositio. **Q**ui inter aliquos
terminos est, pportio maioris iequalitatis & ma-
iore quartā excessus quo minorē excedit degente
adequate: minores eandē dūtaxat quartā acqren-
te qua a minorē deperdit: pportio inter datos ter-
minos plus qd ad subduplum sui diminuit & exāfīt
data pportio ultra vñā medietatē deperdit. **P**robaſ
ut pportio f. iter a. terminū maiorem & e. terminū
minorē: dimidiat⁹ excessus quo a. excedit e. in duor
partes equales adequate hoc est in quatuor quartas
& signetur ibi iter a. & e. ēnumeratis extremis quos
termini cōtinuo arithmetice pportionalib⁹ quoꝝ
prim⁹ sit a. secund⁹ b. qui excedit ab a. p vñā quar-
ta ill⁹ excessus quo a. excedit e. adequate & tertius
sit c. qui excedat a. b. p alia quartā illius excessus. &
quart⁹ sit d. que excedat a. c. p vñā alia quartā ex-
cessus. & quinto sit e. termin⁹ minor⁹ pportionalib⁹ date
qui excedit ab ipso d. ultimam quartā excessus: t
manifestū est illos quos terminos cōtinuo esse arith-
metice pportionalib⁹ cū equali excessu sese exupe-
rent. deperdat i.ḡ a. termin⁹ maior⁹ vñā quartā ex-
cessus illā vñā p quā b. termin⁹ excedit: t illā adequate
acqrat e. termin⁹ minor⁹. **T**ic dico ꝑ data pportio
diminuit & plus quā suā medietatē deperdit & ex hoc
plus quā ad subduplū diminuit. **Q**od sic ostendi-
tur qz pportio f. diminuit & plus quā sui medietatē
deperdit: i.ḡ ppositi. **M**aior p̄z manifeste ex se
clido correlario tertie conclusionis octauī capitū
secunde partis auxiliare hypothesi: t minor pbatur
qz illā pportio f. qz est inter a. & e. cōponit adequate
ex quatuor pportionalib⁹ pūta ex pportione d. ad e.
& ex pportione c. ad d. & ex pportione b. ad c. & ex q̄ris
pportione ipsi⁹ a. ad b. vt cōstat cōsideranti hypo-
thesim: t ille pportiones sunt cōtinuo minores et
minores et minor⁹ excessus continuo sese excedunt:
igitur aggregatum ex duabus extremis pportionalib⁹
sunt cōtinuo minores & minor⁹ pbāf⁹ qz iter ali-
quos terminos est aliqua pportio maioris inequa-
litatis: t maiores equali excessu excedit suos mi-
ores semp inter maiores est minor⁹ pportio quoꝝ inter
minores vt p̄z ex octauā suppositione quarti capitū
secunde partis: sed oēs illi termini. a. b. c. d. excedit
suos minores eq̄li excessu & d. & e. sunt minores quā
d. & c. & b. & c. minores quā c. & b. & c. & b. minores quā
b. & a. i.ḡ pportio ipsi⁹ d. ad c. est maior⁹ pportio c.
ad d. & pportio c. ad d. maior⁹ est pportio b. ad
c. & pportio b. ad c. maior⁹ pportio a. ad b. & sic ille

pportiones sunt p̄tinuo minores & minores qd sunt
pbāndū. **S**ed lā p̄bo alia partē minoris vñā qz cōti-
nū minori exceliū se excedant: qz pportio ipsi⁹ v.
ad e. p maior⁹ pportio excedit pportio ipsi⁹ c.
ad d. quā pportio ipsi⁹ c. ad d. excedit pportio ipsi⁹
ipsi⁹ b. ad c. & pportio ipsi⁹ c. ad d. p maior⁹ ppor-
tio excedit pportio b. ad c. quā pportio b. ad c.
excedat pportio a. ad b. i.ḡ ille pportiones conti-
nuo minori exceliū se excedunt. **M**aior p̄z ex quanto
correlario quite cōclusionis octauī capitū secunde
partis qm̄. b. c. d. e. sunt quatuor termini continuo
arithmetice pportionalib⁹ ex hypothesi: i.ḡ pro
pportio qz est inter duos terminos minores pūta inter
d. & e. pplus excedit secundā pportio qz est inter c.
& d. quā illā scđa excedat tertiu⁹ qz est ipsi⁹ b. ad c. vt
p̄z ex correlario allegato. **E**t sic pbāf⁹ minorē
capiendo illos quatuor terminos cōtinuo arithme-
ticē pportionalib⁹ pura. a. b. c. d. **E**t sic p̄z corre-
larium. **L**ōsimiliter p̄bāres qz diuisio exceliū quo
maior termin⁹ excedit minorē in quatuor partes eq̄les
maiorē termino degente vñā illaz quītas minorē
acqrente eandē p̄tūc pportio inter datos terminos
perdit plus quā duas quītas sui & si excessus diui-
datur in sex partes eq̄ales maiorē degente vñā
illaz & minorē acqrente eandē p̄pportio iter datos
terminos perdit plus quam vñā tertia: & si dimidiat⁹
excessus in septē maiorē degente vñā illaz & minorē
acqrente eandē p̄tūc pportio inter datos terminos pdit
plus quā duas leptimas & sic p̄titer. **B**ia illa patet
ex deductionib⁹ quā correlarii prime cōclusionis
& quā correlarii secundi cōclusionis secundi capitū
secunde partis. **E**x his inducit & demōstratur p̄po-
siti⁹ vñā illud quadratiū terrenū pperuo mouere
in talicāsu. **S**u. vñā pars ill⁹ qdātū ultra centrū
mundi minor⁹ medietate: & diuidat⁹ pars intercepita
inter centrū ill⁹ quadratiū & centrū mundi qz es me-
diatas totū excessus partis cura centrū mundi ad
partē ultra centrū mundi ex prima suppositione et
hoc p̄ parts pportionalib⁹ pportione dupla ma-
iorib⁹ vñus centrū mundi terminans: qz pars sit d.
stis totū illud quadratiū iso. me in grauitate: sic
etia pportio totū partis cura centrū mundi ad par-
tē ultra centrū mundi. **Q**uo posito sic arḡ qdātū
illud tamdu⁹ mouebit quadrat⁹ aliqua pars ipsius
d. partis intercepita inter centrū qdātū & centrū
mundi fuerit cura centrū mundi qm̄ tamdu⁹ excedet
pars cura centrū partē ultra centrū qz tūc cōtinuo
erit maior⁹: sed pperuo aliqua pars ipsi⁹ d. partis
erit cura centrū mundi: i.ḡ pperuo tale qdātū moue-
bit qd fuit pbāndū. **L**ōsequētia p̄z cū maiore et
pbāf⁹ minor⁹ qz pperuo aliqua pars aggregati ex
obis partib⁹ pportionalib⁹ ipsi⁹ d. partis desce-
det: i.ḡ pperuo aliqua pars ipsi⁹ d. partis erit cura
centrū mundi qd fuit pbāndū. **L**ōsequētia p̄z & pro-
batur aīs qz prima pars pportionalis ipsius d.
partis incipit descendere a pportio e. vt habeat hy-
pothesi: t secunda pars pportionalis ipsi⁹ d. partis
incipit descendere a pportio subdupla ad pportio
nē. v. el a minor⁹: t tertia incipit descendere a subdu-
pla vel minori subdupla ad pportio a qz incipit
descendere scđa & sic p̄titer qlibet pars pportionalis
ipsi⁹ d. sequens incipit descendere a pportione subdu-
pla vel minori ad pportio a qua incipit descendere
t pars immedie pcedens: t qlibet pars quādū alia
qd ev̄ descendit cōtinuo descendit sine mouere a minori
pportio qz sit illa a qua incipit illa eadem pars
descendere (cū cōtinuo partis cura centrū mundi ad
partē ultra centrū mundi pportio a qua partes ille
descendit cōtinuo dumvnuatur: cōtinuo em̄ pars

Patet consequentia cum minore et probatur maior, quia tota pars citra centrum mundi continet B partem aequalem parti citra centrum mundi ex hypothesi, et insuper continet D et C, igitur per D et C pars citra centrum mundi excedit partem ultra centrum mundi. Quod fuit probandum. Patet consequentia intelligenti, quid sit unum excedere alterum per aliquid, et sic patet suppositio.

Secunda suppositio: Quando inter aliquos terminos est proportio maioris inaequalitatis et maiore quartam excessus, quo minorem excedit, deperdente aadequate minoreque eandem dumtaxat quartam acquirente, quae a [maiore] deperdit, proportio inter datos terminos plusquam ad subduplum sui diminuitur, et ex consequenti data proportio ultra suam medietatem deperdit. Probatur: sit proportio F inter A terminum maiorem et E terminum minorem, dividaturque excessus, quo A excedit E, in quatuor partes aequales aadequate, hoc est in quatuor quartas, et signentur ibi inter A et E annumeratis extremis quinque termini continuo arithmeticæ proportionabiles, quorum primus sit A, secundus B, qui exceditur ab A per unam quartam illius excessus, quo A excedit E aadequate, et tertius sit C, qui excedatur a B per aliam quartam illius excessus, et quartus sit D, qu[i] excedatur a C per unam aliam quartam excessus, et quintus sit E terminus minor proportionis datae, qui exceditur ab ipso D per ultimam quartam excessus, et manifestum est illos quinque terminos continuo esse arithmeticæ proportionabiles, cum aequali excessu exsuperent. Deperdat igitur A terminus maior unam quartam excessus, illam videlicet, per quam B terminum excedit, et illam aadequate acquirat E terminus minor. Tunc dico, quod data proportio diminuitur et plus, quam suam medietatem deperdit, et ex hoc plus, quam ad subduplum diminuitur. Quod sic ostenditur, quia proportio F diminuitur et plus, quam sui medietatem deperdit propositum. Maior patet manifeste ex secundo correlario tertiae conclusionis octavi capituli secundae partis auxiliante hypothesi, et minor probatur, quia illa proportio F, quae est inter A et E, componitur aadequate ex quatuor proportionibus, puta ex proportione D ad E et ex proportione C ad D et ex proportione B ad C et ex quarta proportione ipsius A ad B, ut constat considerant hypothesim, et illae proportiones sunt continuo minores et minores, et minori excessu continuo sese excedunt, igitur aggregatum ex duabus extremis proportionibus, puta ex proportione D ad E et ex proportione A ad B, est maius quam medietas aggregati ex illis quatuor proportionibus, et per consequens est maius quam medietas ipsius F proportionis aadequate ex illis quatuor proportionibus compositæ. Patet haec consequentia ex quarto correlario secundae conclusionis secundi capituli secundae partis, et aggregatum ex illis extremis proportionibus perdit proportio F, ut patet ex hypothesi auxiliante primo correlario sextae conclusionis octavi capituli secundae partis. (Terminus enim maior, puta A, cum deperdit excessum, quo excedit B, deperdit proportionem, quae est ipsius A ad B, et terminus minor, puta E, cum acquirit illum excessum, quo exceditur a D, acquirit illam proportionem aadequate, quae est ipsius D ad E), igitur proportio F plus quam sui medietatem deperdit. Quod fuit probandum. Prima pars minoris videlicet, quod illae proportiones sunt continuo minores et minores. Probatur, quia quando inter aliquos terminos est aliqua proportio maioris inaequalitatis, et maiores aequali excessu excedunt suos minores, semper inter maiores est minor proportio quam inter minores, ut patet ex octava suppositione quarti capituli secundae partis, sed omnes illi termini A, B, C, D excedunt suos minores aequali excessu, et D et E sunt minores quam D et C, et D et C minores quam C et B, et C et B minores quam B et A, igitur proportio ipsius D ad E est maior proportione C ad D, et proportio C ad D maior est proportione[] B ad C, et proportio B ad C maior proportione A ad B, et sic illae | proportiones sunt continuo mino-

res et minores. Quod fuit probandum. Sed iam probo aliam partem minoris, videlicet quod continuo minori excessu se excedant, quia proportio ipsius D ad E per maiorem proportionem excedit proportionem ipsius C ad D, quam proportio ipsius C ad D excedit proportionem ipsius B ad C, et proportio ipsius C ad D per maiorem proportionem excedit proportionem B ad C, quam proportio B ad C excedat proportionem A ad B, igitur illae proportiones continuo minori excessu se excedunt. Maior patet ex quinto correlario quintae conclusionis octavi capituli secundae partis, quam B, C, D, E sunt quatuor termini continuo arithmeticæ proportionabiles ex hypothesi, igitur proportio, quae est inter duos terminos minores, puta inter D et E, per plus excedit secundam proportionem, quae est inter C et D, quam illa secunda excedat tertia[m], quae est ipsius B ad C, ut patet ex correlario allegato. Et sic probabis minori capiendo istos quatuor terminos continuo arithmeticæ proportionabiles, puta A, B, C, D. Et sic patet correlarium. ¶ Consimiliter probares, quod diviso excessu, quo maior terminus excedit minorem, in [quin]que partes aequales maiore termino deperdente unam illarum quintarum, minore acquirente eandem, quod tunc proportio inter datos terminos perdit plus quam duas quintas sui, et si excessus dividatur in sex partes aequales maiore deperdente unam illarum et minore acquirente eandem, proportio inter datos terminos perdit plus quam unam tertiam, et si dividatur excessus in septem maiore deperdente unam illarum et minore acquirente eandem, proportio inter datos terminos perdit plus quam duas septimas et sic consequenter. Omnia ista patent ex deductionibus quinti correlarii primæ conclusionis et quinti correlarii secundæ conclusionis secundi capituli secundae partis. ¶ Ex his inducit et demonstratur propositum, videlicet quod illud quadratum terreum perpetuo moveretur in tali casu. Sit una pars illius quadrati ultra centrum mundi minor medietate, et dividatur pars intercepta inter centrum illius quadrati et centrum mundi, quae est medietas totius excessus partis citra centrum mundi ad partem ultra centrum mundi ex prima suppositione, et hoc per partes proportionales proportione dupla maioribus versus centrum mundi terminatis, quae pars sit D, sitque totum illud quadratum uniforme in gravitate, sit etiam proportio totius partis citra centrum mundi ad partem ultra centrum mundi F. Quo posito sic arguitur: quadratum illud tamdiu movebitur, quamdiu aliqua pars ipsius D partis interceptae inter centrum quadrati et centrum mundi fuerit citra centrum mundi, quam tamdiu excedet pars citra centrum partem ultra centrum, quia tunc continuo erit maior, sed perpetuo aliqua pars ipsius D partis erit citra centrum mundi, ergo perpetuo tale quadratum movebitur. Quod fuit probandum. Consequentia patet cum maiore, et probatur minor, quia perpetuo aliqua pars aggregati ex omnibus partibus proportionalibus ipsius D partis descendet, ergo perpetuo aliqua pars ipsius D partis erit citra centrum mundi. Quod fuit probandum. Consequentia patet, et probatur antecedens, quia prima pars proportionalis ipsius D partis incipit descendere a proportione F, ut habetur hypothesi, et secunda pars proportionalis ipsius D partis incipit descendere a proportione subdupla ad proportionem F vel a minori, et tertia incipit descendere a subdupla vel minori subdupla ad proportionem, a qua incipit descendere secunda, et sic consequenter quaelibet pars proportionalis ipsius D sequens incipiet descendere a proportione subdupla vel minori ad proportionem, a qua incipit descendere pars immediate praecedens, et quaelibet pars, quamdiu aliquid eius descendit, continuo descendit sive movetur a minori proportione, quam sit illa, a qua incipit illa eadem pars descendere, (cum continuo partis citra centrum mundi ad partem ultra centrum mundi proportione, a qua partes illae descendunt, continuo diminuantur, continuo enim pars



citra centrum mundi efficitur minor, et pars ultra centrum mundi maior), igitur perpetuo aliqua pars aggregati ex omnibus partibus proportionalibus ipsius D partis descendet. Quod fuit probandum. Consequenter probatur, quia si quaelibet pars proportionalis continuo ipsius D partis divisae proportione dupla descendenter sive moveretur a proportione, a qua ipsa incipit descendere, perpe[nt]tuo aliqua pars aggregati ex omnibus partibus proportionalibus ipsius D partis descenderet, ergo si quaelibet pars proportionalis ipsius D partis continuo descendenter et movetur a proportione minori, quam sit illa, a qua incipit descendere, perpetuo aliqua pars aggregati ex omnibus partibus proportionalibus ipsius D partis descendit. Quod fuit probandum. Consequenter patet cum antecedente ex deductione secundi argumenti sexti capituli primi tractatus huius partis, hoc addito, quod illae partes continuo se habent in proportione dupla et in tempore, in quo adaequate descendit aliqua pars secundum se vel aliquid eius praeter eundo centrum mundi, ipsa pars describit tantum spatium, quanta ipsamet pars est, ut patet in tenui casum. Sed iam probo secundam partem maiorum, videlicet quod secunda pars proportionalis ipsius D partis incipit descendere a proportione subdupla ad proportionem F vel minori, quia cum primum prima pars proportionalis ipsius D partis est totaliter ultra centrum mundi, pars citra centrum mundi perdit quartam partem excessus, quo excedit partem ultra centrum mundi, et illam acquirit pars ultra centrum mundi, ut constat, ergo tunc proportio F partis citra centrum ad partem ultra centrum perdit plusquam medietatem sui, et plusquam ad subduplicem sui diminuitur, patet consequentia ex secunda suppositione huius notabilis hoc addito, quod pars citra centrum est terminus maior proportionis F, et pars ultra centrum est terminus minor. Et ab illa proportione, quae est minor quam subdupla ad F, incipit secunda pars proportionalis ipsius D partis descendere, ut constat, ergo propositum. Et isto modo probabis, quod tert[ia] incipit descendere a proportione subdupla vel minori subdupla ad proportionem, a qua incipit descendere secunda, et sic consequenter de aliis partibus. Sed iam probo maiorem, videlicet quod cum primum prima pars proportionalis ipsius D partis est totaliter ultra centrum, pars citra centrum mundi perdit quartam partem excessus, quo ipsa excedit partem ultra centrum mundi, quia ipsa D pars est medietas excessus, quo pars citra centrum excedit partem ultra centrum, ut patet ex prima suppositione huius notabilis, ergo prima pars proportionalis proportione dupla ipsius D partis est quarta pars totius excessus, et illam perdit pars citra centrum mundi primum, ipsa est totaliter ultra centrum, ergo propositum. Patet ergo maior, et totum antecedens, et per consequens conclusio, quae fuerat probanda. ¶ Ex his infero aliqua correlaria. Primum in casu huius demonstrationis immediate post instans, quod est praesens, ascendet aliquid, immediate post illud descendet, et tamen nihil immediate post hoc ascendet, quod immediate post hoc descendet. Probatur prima pars, quia quocumque instanti dato illius temporis, in quo descendet tale quadratum, quaelibet pars illius quadrati, quae est citra centrum immediate post tale instans, descendet, ut satis constat, et immediate post idem instans aliqua talis pars ascendet, igitur in casu demonstrationis, immediate post instans, quod est praesens aliquid ascendet, quod immediate post idem instans descendet, secunda pars patet ex falsitate suae contradictoriae. Ad hoc enim, quod aliquid ascendat, non sufficit aliquam partem eius ascendere, sed requiritur, quod maior pars quam eius medietas ascendat. Consimiliter dicatur de descensu. ¶ Secundum correlarium: Immediate post instans, quod est praesens, ascendet aliquid, quod praesens ascendet aliquid, quod immediate post idem instans descendet, et tamen non immediate post instans, quod est

praesens, descendet | aliquid, quod immediate post idem instans ascendet. Patet prima pars huius ex priori correlario. Et secunda probatur, quia contradictoria illius est falsa, ut patet per falsitatem primae exponentis, quae est ista post instans, quod est presens, descendet aliquid, quod immediate post idem instans ascendet, quia nulla pars illius corporis quadrati, quae post instans, quod est presens, descendit, immediate post idem instans ascendet. ¶ Tertium correlarium: Immediate post instans, quod est praesens, ascendet aliquid, quod immediate post idem instans, quod est praesens, descendet, et tamen nihil simul ascendet, et descendet adaequate divisive capiendo ly, et sicut stat, quod Socrates immediate post hoc erit albus, et immediate post hoc erit niger, et tamen non simul erit albus et niger. Patet correlarium. ¶ Ex his tribus notabilibus patet facile responsio ad quaestionem.

Ad rationes ante oppositum: Ad primam responsum est ibi usque ad replicam, ad quam respondeo negando sequelam, et ad probationem dico, quod illud correlarium ibi adductum ad probationem illius sequelae non est ad propositum, quia supponit proportionem temporum excedere proportionem velocitatum. Cuius oppositum in casu argumenti est verum. Commensuranda enim est utraque velocitas, et qua illud corpus movetur circulariter, et qua movetur motu rarefactionis puncto eius, a quo debet sumi velocitas totius motus continuo acquirente maiorem et maiorem distantiam a centro, ut patet ex deductione eiusdem replicae. ¶ Ex quo sequitur, quod possibile est aliquid corpus circulare continuo uniformiter et aequo velociter moveri, et tamen ipsum continuo rarefieri et effici maius. Probatur ponendo, quod una rota incipiat moveri circulariter puncto medio semidiametri incipiente moveri velocitate ut 4, et volo, quod similiter incipiat rarefieri illud corpus acquirendo in hora pedalem distantiam adaequate a centro supra distantiam praehabitam, eo tamen modo moveatur ille punctus mediis semidiametri, quod numquam pertranseat sive describat maiorem lineam in aliquo tempore, quam nata sit describi a velocitate ut 4 in eodem tempore. Quo posito sequitur correlarium. ¶ Sequitur secundo, quod si aliqua rota in hora moveatur circulariter puncto medio semidiametri continuo motu circulari movente uniformiter, motu vero rarefactionis continuo intende motum suum in qualibet parte proportionali horae proportione dupla, sequente in duplo velocius rarefiente quam in immediate praecedenti, tunc spatium descriptum a tali puncto est infinitum. Patet hoc correlarium ex sexta conclusione praecedentis capituli.

Ad secundam rationem responsum est ibi usque ad replicam, ad quam respondeo negando sequelam, et ad probationem nego, quod nullum sit impedimentum. Immo contra: motio navis est Socrati impedimento. Fatigatur tamen Socrates non per motum, quo describat aliquid spatium fixum, sed quia describit aliquid spatium non fixum, ad cuius descriptionem non sequitur Socratem proprie moveri. Manet enim Socrates in eodem loco fixo.

Ad tertiam rationem respondeo negando antecedens, et ad probationem concedo maiorem, et nego minorem et ad probatio[n]em distinguo sequelam, aut si tale corpus sit taliter dispositum, quod partes eius proportionales proportione dupla ita se habeant, quod secundum eam dimensionem, secundum quam descendunt, continuo se habent in proportione dupla omnibus aliis iuvamentis et impedimentis deductis, et sic concedo sequelam. Si vero partes eius proportionales proportione dupla se habuerint in maiori proportione, quam sit proportio dupla, et hoc quantum ad dimensionem, secundum quam descendunt, et sic non oportet. Nego igitur illo modo sequelam. ¶ Ex quo sequitur, quod ita potest aliquid corp[us]

189

De motu rarefactionis & condensationis.

pius disponi disformis in partib⁹ suis q̄ ipsi⁹ l⁹t⁹
finito moueb⁹ q̄ vsq; cētrū ev⁹ sit cētrū mudi. Pror-
ba⁹ t̄ pono q̄ p̄ intercepta iter centrū mudi t̄ cētrū
corporis diuidat p̄ partes proportionales p̄ por-
tionē dupla majorib⁹ sūs centrū mudi termina-
tis ut poni⁹ in tertio notabilit̄ pars sit d. t̄ postq;⁹
prima pars proportionalis ipsi⁹ d. pars p̄transit
centrū q̄ (vt suppono) p̄transit centrū scđm se t̄ q̄
libet sui in hora. Signo p̄portionē a qua d⁹ t̄ertia
pars proportionalis d. partis incipere p̄transire
centrū mudi q̄ sit f. Et manifestū est q̄ aliquod spaciū
sufficit p̄transiri imēdiate hōre mediante velocita-
te nata p̄venire a p̄portionē f. pono iſḡ q̄ scđa
pars proportionalis ipsi⁹ d. partis diminuit fm
dimensionē scđm quā p̄transit centrū mudi quousq;
sit scđm illā dimensionē equalis spaciū nato p̄transi-
siri ab f. p̄portionē in medietate hōre. ipsa t̄n scđm
manēt tanta quāta erat anteā; ita q̄ augeat scđm
aliā dimensionē. Et postq; scđa pars proportionalis
ipsi⁹ d. partis p̄transit centrū mudi scđm se t̄ q̄d̄ sui
signo p̄portionē q̄ sit g. a qua d⁹ quarta pars p̄por-
tionis descendere q̄ est minor f. vt cōstat. Et mani-
festū est q̄ aliquod spaciū sufficit p̄transiri in quartā
parte hōre mediante p̄portionē g. pono iſḡ q̄ tertia
pars proportionalis d. partis diminuit scđm dimen-
sionē scđm quā p̄transit centrū mudi quousq; sit equalis
spaciū nato p̄transiri p̄portionē a qua d⁹ incipere
p̄transire centrū mudi pars imēdiate sequēs t̄ hoc
in tpe subduplo vel minori q̄ sit tēpus in quo ade-
quate pars imēdiate p̄cedens p̄transit centrū mudi
qualibet t̄n cōtinuo manēt tanta quāta erat anteā
ita q̄ augeat scđm aliā dimensionē. Lūc manifestū
est q̄ totū illud corpus postq; prima pars d. partis
p̄teriū centrū mudi moueb⁹ p̄cise q̄ vñā hōra vt p̄
min⁹ tēp⁹ ante quā centrū illū corporis fiat centrū
mudi. Quod si ostendit q̄ quelibet pars proportionalis
ipsi⁹ d. partis sequēs p̄transib⁹ in casu po-
sto cētrū in tpe subduplo vñā minori ad eū in quo
p̄transib⁹ pars imēdiate p̄cedens sit facile p̄t̄ ex ca-
su: p̄transit centrū in vna hōra vt iupponi-
tur ergo d̄es alie p̄transib⁹ in vna hōra vel in
minorī tempore t̄ sic in tempore finito centrū illū
corporis sit centrū mudi: p̄t̄ igitur taliter disponi
corpus q̄ ipsum in tēpore finito precise moueb⁹t̄
quousq; centrum ev⁹ fiat centrum mudi quod fuit
probandum. Et hoc ex sequitur q̄ demonstratio cal-
culatōris in capitulo de loco elementi non est effi-
cax non enim limitat sive determinat dispōsiteōne
illius corporis quod tamen oportet vt p̄t̄ ex dictis

Ondit
Gal. de-
monstra-
tio in effi-
cax.

Sequitur tractatus tertius huius tertiae partis de motu rarefactionis & condensationis.

Capitulū primū in quo disputative inquiritur.
Quid sit raritas & densitas & penes q̄d̄ raritas &
densitas intēlo & rarefactionis & condensationis
sit velocitas attendenda.

Exacto tractatu de motu locali
insequendo vestigia patrū t̄ māiorū sub-
iungā tractati de motu augmentationis
& rarefactionis & inquirendo substantiā raritatis
& densitatis velocitatem & tarditatem rarefacti-
onis et condensationis.

Quero btrum raritas & densitas sit
possibilis. Arḡ primo q̄ nō q̄ si raritas & densi-
tas sit possibilis, vel tē raritas q̄ densitas dicunt
positiue t̄ sunt qualitates aut nō nullum istoꝝ est
dicendū: iſḡ nec raritas nec densitas est possibilis
nō primū q̄ raritas ita se habet q̄ equavelociter &
equa proportionabiliter sicut raritas acquirit ita
velociter & proportionabiliter densitas depditur:
sed hoc non p̄t̄ esse de duob⁹ positivis: iſḡ raritas
& densitas nō sūt qualitates positivae. M̄ aīoꝝ p̄bat.
Quia quantū aliquid de raritate acquirit t̄n deper-
dit de densitate cū acquisitione raritatis nō sit nisi de-
perdit densitas & equa proportionabiliter sicut
aliquid rarefit sive efficit magis rarum ita p̄portiona-
biliter efficit min⁹ diuisum q̄ si in duplo magis ra-
rū efficit aliquid illud in duplo min⁹ diuisum efficit
& cōtra: iſḡ equavelociter & equa proportionabiliter
sicut raritas acquirit ita densitas depdit & sic p̄atet
maior. Probatur minor q̄ si aliqua duo positiva
possumit ita se habere q̄ equa velociter & equa p̄por-
tionabiliter sicut vñū depdit ita aliud augeat seu
intēdat sicut illa a. t̄ b. t̄ augeat a. t̄ depditur b. Et
arḡ sicv̄ a. t̄ b. sūt cōgl̄i v̄ ieq̄lia si eq̄lia & arḡ sic
Eq̄velocit̄ augeat a. sicut diminuit b. q̄ p̄tinuo a. erit
maiꝝ b. t̄ cōtinuo t̄m a. acq̄rit quāta b. degdet. Cō-
sequentiā p̄t̄ de se q̄ equa velociter augeat vñū si-
cut aliud diminuit. Et ultra cōtinuo a. erit maiꝝ b.
& t̄nū t̄m acq̄rit a. q̄t̄ depdit b. q̄ p̄tinuo b. ma-
iorē p̄portionē degdet q̄ a. acq̄rit & p̄t̄ non equa
velociter & equa p̄portionabiliter augeat a. sicut di-
minuit b. p̄t̄ hec p̄t̄ hanc maximā geometricam
Q̄ncunq; certa latitudine sive qualitas demittit a.
minor: t̄ addit̄ maior: maiorē p̄portionē depdit
min⁹ q̄ acq̄rat maiꝝ (q̄ p̄ additionē equalis quāti-
tatis maiorē & minorē: maiorē p̄portionē acq̄rit mi-
nus q̄ maiꝝ vt dictū est in scđa parte) iſḡ p̄ substra-
ctionē cuiusdē a minorē & appositionē maiorē ma-
iorē p̄portionē depdit min⁹ q̄ acq̄rat maius: t̄ sic
p̄t̄ q̄ si sunt equalia nō p̄t̄ vñū illoꝝ equavelociter
& equa p̄portionabiliter augeri sicut aliud diminuit.
Si vero, sūt unequalia t̄ min⁹ illoꝝ diminuitur &
maiꝝ illoꝝ augeat equa velociter t̄ sequere q̄ min⁹
illoꝝ maiorē p̄portionē degdet q̄ maius acq̄rat vt
p̄t̄ ex superiori deductione. Si vero maiꝝ diminuit
ita velociter sicut min⁹ augeat: sequit̄ q̄ cōtinuo ma-
iorē p̄portionē acq̄rit min⁹ q̄ degdat maius: q̄q̄ q̄
aliqua latitudine demittit a maiorē & addit̄ minorē:
maiorē p̄portionē acq̄rit min⁹ q̄ degdat maius: iſḡ
& sic p̄t̄ q̄ nō est dicendū raritatem & densitatē elle
qualitates positivas. Sed nec dicendum est ipsas
nō esse qualitates q̄d̄ hoc est contra cōmentarem
in septiō phisiōꝝ quē insequeſ ibi Burleꝝ in tra-
ctatu suo de intentione formarū. ¶ Dices forte ad
punctū argumentū negando q̄ sit ip̄ possibile vñū po-
sitiū equa velociter & equa p̄portionabiliter augeri
sicut diminuit. Et ad p̄bationē dices q̄ argumen-
tū illud nō p̄bat q̄n̄ maiꝝ diminuit & min⁹ augeat: vt
in diminutione sexipedalis & augmentatione qua
drupedalis. Lūc em̄ sexipedale deperdit duo peda
lia, t̄ illa acq̄rat quadupedale in eodē tpe. manifestū
est q̄ ita velociter diminuit sexipedale sicut au-
getur quadrupedale & equa p̄portionabiliter: quia
sexipedale deperdit p̄portionē sexqualiter & qua-
drupedale acq̄rit tantam vt notum est.
¶ Sed cōtra q̄ salte habeo q̄ duo possi-
tua nō possunt ita se h̄ere, q̄ cōtinuo equavelociter
& equa p̄portionabiliter sicut vñū augeat ita alter
diminuitur. Sed cōtinuo equa velociter & cōp̄oꝝ

disponi difformiter in partibus suis, quod ipsum in tempore finito movebitur, quounque centrum eius sit centrum mundi. Probatur, et pono, quod pars intercepta inter centrum mundi et centrum corporis dividatur per partes proportionales proportione dupla maiorum versus centrum mundi terminatis, ut ponitur in tertio notabili, quae pars sit D, et postquam prima pars proportionalis ipsius D partis pertransit centrum, quae – ut suppono – pertransit centrum secundum se et quodlibet sui in hora, signo proportionem, a qua debet t[er]tia pars proportionalis D partis incipere pertransire centrum mundi, quae sit F. Et manifestum est, quod aliquod spatium sufficit pertransiri in medietate horae mediante velocitate nata provenire a proportione F, pono igitur, quod secunda pars proportionalis ipsius D partis diminuat secundum dimensionem, secundum quam pertransit centrum mundi, quounque sit secundum illam dimensionem aequalis spatio nato pertransiri ab F proportione in medietate horae, ipsa tamen semper manente tanta, quanta erat antea, ita quod augeatur secundum aliam dimensionem. Et postquam secunda pars proportionalis D partis pertransit centrum mundi secundum se et quodlibet sui, signo proportionem, quae sit G, a qua debet quarta pars proportionalis descendere, quae est minor F, ut constat. Et manifestum est, quod aliquod spatium sufficit pertransiri in quarta parte horae mediante proportione, ergo pono igitur, quod tertia pars proportionalis D partis dim[in]uatur secundum dimensionem, secundum quam pertransit centrum mundi, quounque secundum illam dimensionem sit aequalis spatio nato pertransiri a G proportione in quarta parte horae. Et sic fiat de qualibet sequente, quod ipsa videlicet diminuat secundum dimensionem, secundum quam pertransit centrum mundi, quounque sit aequalis spatio nato pertransiri a proportione, a qua debet incipere pertransire centrum mundi pars immediate sequens, et hoc in tempore subdupo vel minori, quam sit tempus, in quo adaequate pars immediate praecedens pertransit centrum mundi, qualibet tamen continuo manente tanta, quanta erat antea, ita quod augeatur secundum aliam dimensionem. Tunc manifestum est, quod totum illud corpus, postquam prima pars D partis praeterivit centrum mundi, movebitur praeceps per unam horam vel per minus tempus, ante quam centrum illius corporis fiat centrum mundi. Quod sic ostenditur, quia quelibet pars proportionalis ipsius D partis sequens pertransibit in casu positivo centrum in tempore subdupo vel minori ad tempus, in quo pertransibit pars immediate praecedens, ut facile patet ex casu, et prima pertransit centrum in una hora, ut supponitur, ergo omnes aliae pertransibunt in una hora vel in minori tempore et sic in tempore finito, centrum illius corporis fit centrum mundi, potest igitur taliter disponi corpus, quod ipsum in tempore finito praeceps movebitur, quounque centrum eius fiat centrum mu[n]di. Quod fuit probandum. Et hoc ex sequitur, quod demonstratio calculatoris in capitulo de loco elementi non est efficax, non enim limitat sive determinat dispositi[on]em illius corporis, quod tamen oportet, ut patet ex dictis.

Sequitur tractatus tertius huius tertiae partis de motu rarefactionis et condensationis.

1. Kapitel des 3. Traktats des 3. Teils

Capitulum primum, in quo disputative inquiritur, quid si raritas et densitas et penes quid raritatis et densitatis intensio et rarefactionis et condensationis sit velocitas attendenda

Exacto tractatu de motu locali insequendo vestigia patrum et maiorum subiungam tractatum de motu augmentationis et rarefactionis et inquirendo substantiam raritatis et densitatis velocitatemque et tarditatem rarefactionis et condensationis. |

Quaero, utrum raritas et densitas sit possibilis. Et arguitur primo, quod non, quia si raritas et densitas sit possibilis, vel tam raritas quam densitas dicuntur positivae, et sunt qualitates aut non, nullum istorum est dicendum, igitur nec raritas nec densitas est possibilis, non primum, quia raritas ita se habet, quod aequavelociter et aequa proportionabiliter sicut raritas acquiritur, ita velociter et proportionabiliter densitas deperdit, sed hoc non potest esse de duobus positivis, igitur raritas et densitas non sunt qualitates positivae. Maior probatur, quia quantum aliquid de raritate acquirit, tantum deperdit de densitate, cum acquisitione raritatis non sit, nisi deperditio densitatis et aequa proportionabiliter, sicut aliiquid rarefit sive efficitur magis rarum, ita proportionabiliter efficitur minus divisum, quia si in duplo magis rarum efficitur aliiquid illud, in duplo minus densum efficitur et econtra, igitur aequavelociter et aequa proportionabiliter sicut raritas acquiritur, ita densitas deperdit, et sic patet maior. Probatur minor, quia si aliqua duo positiva possunt, ita se habere quod aequavelociter et aequa proportionabiliter, sicut unum deperdit, ita aliud augeatur seu intendatur. Sint illa A et B, et augeatur A, et deperdat B. Et arguitur sic: vel A et B sunt aequalia vel inaequalia. Si aequalia et arguitur sic: Aequavelociter augetur A, sicut diminuitur B, ergo continuo A erit maius B, et continuo tantum A acquirit, quantum B deperdet. Consequencia patet de se, quia aequavelociter augetur unum, sicut aliud diminuitur. Et ultra continuo A erit maius B, et continuo tantum acquirit A quantum deperdit B. Igitur continuo B maiorem proportionem deperdit, quam A acquirit, et per consequens non aequavelociter et aequa proportionabiliter augetur A, sicut diminuitur B, patet haec consequentia per hanc maximam geometricam: Quandocumque certa latitudo sive quantitas demittitur a minori et addatur maiori, maiorem proportionem deperdit minus quam acquirat maius, (quantum per additionem aequalis quantitatis maiori et minori maiorem proportionem acquirit minus quam maius, ut dictum est in secunda parte), igitur per subtractionem cuiusdem a minori et appositionem maiori maiorem proportionem deperdit minus, quam acquirat maius, et sic patet, quod si sint inaequalia, non potest unum illorum aequavelociter et aequa proportionabiliter augeri sive aliud diminui. Si vero sint inaequalia, et minus illorum diminuitur, et maius illorum augetur aequavelociter, iam sequeretur, quod minus illorum maiorem proportionem deperdit, quam maius acquirat, ut patet ex superiori deductione. Si vero maius diminuitur ita velociter, sicut minus augetur, sequitur, quod continuo maiorem proportionem acquirit minus, quam deperdat maius, quia quando aliqua latitudo demittitur a maiori et additur minori, maiorem proportionem acquirit minus, quam deperdat maius, igitur et sic patet, quod non est dicendum raritatem et densitatem esse qualitates positivas. Sed nec dice[nd]um est ipsas non esse qualitates, quia hoc est contra commentatorem in septimo physicorum, quem insequitur ibi Burleus et in tractatu suo de intensione formarum. ¶ Dices forte ad punctum argumenti negando, quod sit impossibile unum positum aequavelociter et aequa proportionabiliter augeri, sicut diminuitur. Et ad probationem dices, quod argumentum illud non probat, quando maius diminuitur, et minus augetur, ut in diminutione sextipedalis et augmentatione quadrupedalis. Cum enim sextipedale deperdit duo pedalia, et illa acquirat quadrupedale in eodem tempore, manifestum est, quod ita velociter diminuitur sextipedale, sicut augetur quadrupedale et aequa proportionabiliter, quia sextipedale deperdit proportionem sexquialteram, et quadrupedale acquirit tantam, ut notum est.

Sed contra, quia saltem habeo, quod duo positiva non possunt ita se habere, quod continuo aequavelociter et aequa proportionabiliter sicut unum augetur, ita alterum diminuitur. Sed continuo aequavelociter et aequa proportionabiliter